



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 117. Pontifex ob hoc colloquium ira commotus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

ficationem, pias actiones, Sacra-  
 menta, & rituum usum, cum tamen circa hos ar-  
 ticulos nullatenus concordem cum illis  
 sententiam fovere possent. Itaque ab  
 illo temporis articulo haud amplius ul-  
 la Catholicos inter, & Protestantes di-  
 sputatio inita est, eo quod Ferdinandus  
 quietis studiosus ejusmodi altercationi-  
 bus novos tumultus concitari pertine-  
 sceret.

Sœcul. XVI.  
 A.C. 1557.

### §. CXVII.

*Pontifex ob hoc colloquium ira com-  
 motus.*

Cum hoc colloquium non prius con-  
 fulta Sacra Sede esset indictum, *Pallav. l. 14.*  
*c. 6. n. 2. § 4.*  
 Summus Pontifex Paulus IV. exinde *Vitæ rel. in*  
 haud parum concitatus videbatur, eo *add. ad Ciac.*  
 potissimum nomine, quod Ferdinandus *in vita Pauli*  
*IV.*  
 concordiam nuper cum Protestantibus  
 initam in comitiis Augustanis ratam  
 habuisset: eapropter Papa suam indi-  
 gnationem Philippo Regi, quocum pri-  
 stinam redintegrabat amicitiam, testa-  
 tam fecerat: Rex vero ea de re missio  
 quodam pio, ac docto Monacho Roma-  
 norum Regem Patrum suum certiorem  
 reddebat: insuper Delphinus Papæ Nun-  
 tius hac super re coram Ecclesiasticis,  
 qui huic colloquio intererant, quere-  
 batur. Attamen hi eidem in responsis  
 dabant, quod hoc colloquium consen-  
 tiente

N n 3

Sæcul. XVI  
A.C. 1557

tiente Papa institutum credidissent, cum Pater Canisius illud accedendi, ac regendi facultatem obtinuisse. Nec inanis erat horum opinio; quippe Paulus IV. huic disputationi minime adversabatur; licet enim ejusmodi colloquia passim institui, haud ratum haberet, nihilominus, cum hanc Wormatiensem disputationem a Germaniæ Principibus decretam fuisse sciret, saltem Pontificis nomine quemdam, qui Catholicorum partes tueretur, eidem interesse, consultum ducebat.

§. CXVIII.

*Librorum impiorum lectio a Pontifice prohibita.*

*Spond. hoc  
ann. n. 5.  
Panvin. in  
vit. Paul. IV.  
Andr. Villo-  
ret. in addit.  
ad Ciacon.*

Enimvero huic Pontifici ea laus jure merito attribuitur, quod conservandæ Religionis Catholicæ studiosissimus nullum non moverit lapidem, ut illam quovis pacto labefactari opportunis mediis prohiberet: quamvis eidem etiam vitio detur, quod privatorum jurium defensioni plus justo intentus fuerit, ac præconceptæ opiniones, quibus regebatur, non raro zelum ejus sperato fructu privarint. Hujus rei specimen exhibet interdictum, quo impios libros per legi hoc anno vetuit; cum enim gravissima ex illorum lectione mala scaturire cognosceret, sese huic pesti opponere